GRATVLATIO
Octauiani Vestrij Barbiani
AD
S.D.N.D. CLEMENTEM
OCTAVVM
PONT. MAX.
Quo primùm Die in Tusculanum
SECESSIT.



ROMAE Apud Paulum Bladum, Impressorem Cameralem.
M.D.LXXXXII.
SVPERIORVM PERMISSV.



ILLVST.^MO ET REV.^MO D. D. ALEXANDRO CARDINALI MONTALTO S.R.E. VICECANCELLARIO DOMINO SVO COLENDISS.

Octauianus Veſtrius Barbianus S. P. D.



VANTA ſit Tuſculani ſoli opportunitas, Alexander Cardinalis Ampliſſime, cùm agri decor, & aëris ſalubritas oſtendit, tum Sanctiſſimi D. N. Clementis Octaui Pontificis Opt. Max. iudicium cõfirmat. Is enim cùm animi cauſſa aliquò ſibi ab Vrbe diuertẽdũ eſſe ſtatuiſſet, ex ſuburbanis omnibus locis Tuſculanum dũtaxat delegit, qui ad vires corporis recreãdas ſolus tantam habet facultatẽ, quantã cetera omnia ſingula, ſingulis ſuis aucta cõmodis, vix præſtare poſſint, aut cuiquam audeât polliceri. Quid enim eſt, quod hìc

ad delectationem requiri possit, quò, in summa hortorũ amœnitate, in perpetua arborum fœtura, in eximia denique collium pulchritudine, natura, bonorum omnium parens, vniuersas suas dotes, & ornamenta profusa quadam largitate videtur contulisse? Quid verò ad confirmandam valetudinem salubrius eo situ, qui aduenientes ad inambulandum collium facilitate inuitat, incedentium motus auræ suauitate mulcet, quiescentium somnos strepitu nullo perturbat, qui aëris iucunditate omnium animos oblectat.? Atque hæc certè fuit causa, cur Sanctissimo Domino Nostro de ipsius huc aduentu breui oratiuncula gratularer. Quam quidem à me habitam, Tibi, quem vnum idem Clemens ex omnibus ordinis tui viris secum duxit, dicandam esse existimaui, cum ijsdem, de caussis, quæ me ad eam recitandam impulerunt, excitatus, tum parentis mei, tibi multis nominibus deuincti, auctoritate inductus. Eam igitur Amplitudini tuæ offero, cupioq. aliqua ex parte esse te-

 stem

ſtem grati animi eiuſdem parentis mei in Sixtum V. Pont. Max. [redacted] tuum ob beneficiorum ab eo acceptorum memoriã, pignus meæ in Te obſeruantiæ, interpretem denique deſiderij noſtri, quo ab Amplitudine tua id maximè petimus, vt quoties Tu, & ornatiſſimus adoleſcẽs Michael Marchio frater tuus in Tuſculanũ recreãdi animi cauſa excurretis, toties villa noſtra, quę veſtra potius dicenda eſt, ſic vobis vtendum eſſe ſtatuatis, ac ſi omne illius ius in vos tranſtuliſſemus. Ex pulchropodio vj. Non. Octobris 1592.






GRA-

OCTAVIANI VESTRII BARBIANI AD SANCTISS. D. N. D. CLEMENTEM VIII: PONT. MAX.

Quo primùm Die in Tuſculanum Seceſſit.



GER Tuſculanus, eiuſq. Ciuitas, PATER BEATISSIME, quam pleriq; Romanorum propter loci amœnitatem ſumma celebritate olim coluerũt, illud etiam ſingulari Dei munere accepit, vt in hoc proſpectu, vnde Vrbem Romam, & Latium videmus, vnde Tyrrhenum mare, & molem montium à ſuperbo Tybure vſq; ad excelſum Soracte mutua compage ſibi hærentium intuemur, vnde deniq; immenſi tractus ſpatia oculis cũ voluptate metimur, nihil eſſe exiſtimetur, quód ſpectantiũ oculos dulcius teneat, nihil quòd animos hominum ſuauius oblectet, quàm diurni huius luminis, quo dies puriores eniteſcunt,

ſplen-

ſplendor, atque ſerenitas. Nullus tamen hoc eodē in loco lucidior vnquam dies illuxit eo, quem nunc præſentia tua ſolis luce clarior illuſtrat. Tu enim nō modo patens hoc cælum, & apertos campos, vt videmus, ſed abditos etiam receſſus, & obſcuriſſima queq; loca inuſitato quodam fulgore perfundis. Exceperūt olim Tuſculani colles alios Romanos Pontifices, qui ad oneris, quod ſuſtinebant, grauitatem ſubleuandam, quandoq. Vrbe egreſſi, huc breuibus excurſionibus diuerterunt, Paulos nimirum, Pios, & Gregorios, ſummos, ac laudatos viros, quorū aduentu, qui eoſdem colles tenebāt, non leues cōceptæ lætitiæ ſignificationes præbuerunt. Sed liceat verum fateri. Te nūc aduenięte, ij, qui hic ſunt ciues, & coloni, ad præſtanda priuatæ, & publicæ gratulationis officia certatim ſe inuitant, vniuerſus ager maiori amœnitate complectur, arbores nouo fructuum pondere incuruantur, campi inſuetam vbertatem oſtentant, villæ denique ſine more, rident, & ſine exemplo hilaritatem præ ſe

ferunt.

runt. Quid igitur mirum, si ego, qui
on tam ætatis, quàm verecundiæ caussa
lentio vti soleo, de tuo aduentu verba
cere non pertimescam? Ceterum ani-
ni pendeo. Ad dicendum enim me res
psa hortatur; ad silentium verò impel-
t propriæ virtutis tuæ admiratio, quæ
e audiente, nullũ cuiquam laudum tua-
ũ prædicationi relinquit locum. Quid
gitur faciam? Nec silebo, nec quæ dici
ossent, oratione complectar; Sed me-
noriam celeberrimi huius aduentus pio,
c solẽni ritu quotannis instaurabo. De
ngulari verò munere, quo hunc secessũ
ręsentia tua honestasti nullo vnquã tem
ore conticescam. Viue interim felix, &
uã de vitæ tuę diuturnitate spẽ concepi-
nus, eã, vt, curanda valetudine cõfirmes,
bsecramus. Quod sanè facillimè conse-
ueris, si Tusculani cæli salubritatem tibi
x interuallo regustandam esse statueris.

LAVS DEO.